

**HERMESIANACTIS POETAE
ELEGIACI COLOPHONII
FRAGMENTUM, NOTIS ET
GLOSSARI ET VERSIONIBUS TUM
LATINIS TUM ETIAM ANGLICIS**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649601752

Hermesianactis Poetae Elegiaci Colophonii Fragmentum, Notis Et Glossari Et Versionibus Tum Latinis Tum Etiam Anglicis by Hermesianax & James Bailey

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

HERMESIANAX & JAMES BAILEY

**HERMESIANACTIS POETAE
ELEGIACI COLOPHONII
FRAGMENTUM, NOTIS ET
GLOSSARI ET VERSIONIBUS TUM
LATINIS TUM ETIAM ANGLICIS**

HERMESIANAX



HERMESIANACTIS

POETÆ ELEGIACI COLOPHONII

FRAGMENTUM

NOTIS ET GLOSSARIO ET VERSIONIBUS

TUM LATINIS TUM ETIAM ANGLICIS

INSTRUXIT

JACOBUS BAILEY A.M.

E COLL. TRIN. CANT.

APPENDICIS LOCO SUBJICIUNTUR

ARCHILOCHI AC PRATINÆ

FRAGMENTA DUO

SIMILITER INSTRUCTA

ACCEDIT GEORGII BURGESSII EPISTOLA CRITICA

LONDINI

EXCUDERUNT R. ET J. E. TAYLOR

VENEUNT APUD WHITTAKER ET SOCC. LONDINENSES J. H. PARKER
OXONIENSEM ET T. STEVENSON CANTABRIGIENSEM

MDCCCXXXIX.

SCHWEIGHÆUSER.

DINDORF.

V. 3.	Αἰδόθεν	Ἄιδόθεν
ibid.	ἔπλευσε	ἔπλευσεν
6.	δι' ἐκ	διέκ
7.	μονόζωστον	μονόζωστος
9.	μειδήσαντα.	μειδήσαντα
15.	ἔθηκεν	ἔθηκε
19.	ὀργιῶν	ὀργιῶν
ibid.	ἀνεμῶλια ποιπνύουσα	ἀνέμω διαποιπνύουσα
20.	αἶδη	Ἄϊδη
26.	ἀναρχόμενος	ἀνερχόμενος
28.	μουσπόλων	μουσπόλον
29.	λεπτὴν γ'	λεπτὴν
38.	εἶχε	σίχε
ibid.	συνεξανύων	συνεξαμύη
42.	ποταμοῦ.	ποταμοῦ'
43.	Δαρδάνην	δαρδάνη
54.	δοῦρι	δοῦριν
58.	χοροστασίαις.	χοροστασίαις
61.	κάκείνον	κάκείνον
66.	ταμίην	ταμίην,
67.	εἰσόκε τοι	εἰσόκε
ibid.	εὔρεν	εὔρετ'
82.	κῆδος	κῆδος
ibid.	ἀρετὴ'	ἀρετὴ,
87.	εὐρόμενον	εὐρόμενον,
88.	ἐν	ἐνί
89.	ἔχρην πολλῶν	ἔχρη Ἀπόλλων
93.	οὐδέ	οὐδέ
94.	λόγω	λόγων
ibid.	εὐρόμενος	εὐρόμενος
96.	δεινόν	δεινόν,
97.	ἠνήγατο	ἠνήγατο

Est ubi VV. DD. emendationes certissimas inter Variantes Lectiones nimis religiose latitare passus est, interdum etiam eas prorsus prætermisit, immo et in uno alterove loco vulgatam lectionem secus mutavit. Certissima, meo saltem iudicio, sunt *ἀνεμώλια ποιπνούσα* v. 19. *ἐκόνθ'* v. 23. *ἀπαρχόμενος* v. 26. *μουσοπόλων* v. 28. *κηρωθεὶς*—*στεῖχε συνεξανύων* v. 38. *ἐξ ὀνύχων* v. 62. *εἰσόκε τοι δαίμων, Εὐρυπίδη,* v. 67. *ἀνεθρέψαντο* v. 69. *ἐκτήσαντο* v. 79. *πυκνὰ* v. 81. *δεινός,* v. 96. *ἐξ Ἐφύρης ἐβίω* v. ult. Vide Notas ad loca. Mitto certissimam Porsoni emendationem *οὐδὲ μένων* v. ult. Dobræi Adversariis necdum in lucem missis. Vellem autem ab incisorum usu minus sæpe manum abstinuisset Vir doctissimus, cum clausulæ non raro eo longitudinis accrescant, ut pæne anhelus ad metam devenias. Adde quod ex interpunctione minutiori locorum sententia clarius pateat necesse est. Exemplo sit v. 75. seq. quem locum sic uno flatu exhibet Dindorfius: *ὃν Εὐρυπίλου ποιεῖται | Κῶσι χάλκειον θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ | Βιττιδα μολπάζοντα θοήν, κ. τ. λ.* Ubi conjectura plane opus est, qua assequaris, an ad *θῆκαν*, an ad *μολπάζοντα*, voces *ὑπὸ πλατάνῳ* pertineant. Quod si post *πλατάνῳ* leviter figas, plana fient omnia, neque ullus ambigendi locus erit. At neque vel aliis nominibus hac quidem in parte excusandus est Dindorfius. Etenim, si recte interpunxerit vv. 35. 89. protinus amovendum erit incisum post *τὸν ἀοιδὸν* v. 75. et clausula sic vel longius pertrahenda, eademque adhibenda erit medicina vv. 27, 69, 73. Sed hoc esset morbum augere, non minuere; nec rectius incisa amoveris, quam cola post *Ἀντιόπην* v. 16. et *Πηνελόπης* v. 30. Nec minus sibi impar est Dindorfius, dum in ipso Fragmenti initio pulmones lectoris ad hunc modum fatigat: *Ὀῖν μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο | Ἀγριόπην Ἐρῆσσαν στειλάμενος κιθάρην | Ἀιδόθεν.* Namque clausula *Ἐρῆσσαν στειλάμενος κιθάρην* incisis non minus recte dispescenda est, quam illæ, sive incisis, sive punctis plenioribus, *ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωαμένου,* v. 11. *Ἐάριον ὄργειῶν ἀνέμο διαποιπνούσα | Δήμητρα* vv. 19, 20. *ἰδίων ἀπτόμενος παθέων.* v. 34.

ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου. v. 46. Σαπφούς φορμίζων ἡμερόεντα πόθον, v. 48. ὕμνων | Τήμιον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίη. vv. 49, 50. ὑπὸ σκολιοῦ τυπέντα | τόξου, vv. 63, 4. ἀμφὶ βίου στιγνῶν ἀντιάσαντι κινῶν. v. 68. αἴουσα μέγαν πόθον, v. 73. σκολιὴν μαϊόμενοι σοφίην, v. 80. ἐλίκων κομφὰ γεωμετρίας | εὐρόμενον, vv. 86, 7. οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος* v. 93. λόγων πολλὰς εὐρόμενος διόδους. v. 94. prout ipse Dindorfius dispescuit. Idem tamen incisa omisit vv. 5. 9. 21. 24. 25. 27. 31. 35. 51. 57, 8. Sed et merito dubitari potest, an *Λουσηίδος*, *Τήμιον*, absque diæresis punctis, bene expressum sit vv. 41. 50. ex novo scribendi genere, quod apud Germanos hodie obtinet. Quas quidem formas improbasse Porsonum, testis est Dobræus *Præf. ad Phot. Porson. p. XIX.* Nam quod diæresis punctis carent nonnulli optimæ notæ codices manu scripti, quodque ea prorsus ignorarunt veteres Græci, id sane nihil moror. Caput quæstionis illud est, quatenus a bono editore servari debeant Grammaticorum notæ, et inter has diæresis puncta, quatenus vero amandari. Si quis eas penitus rejicere malit, ea longe alia res est. Quamvis autem in *Λουσηίδος*, *Τήμιον*, et si qua sunt similia, nulla prorsus exstet difficultas, (namque per iota subscriptum, ad distinctionem, facile appingeretur diphthongus impropria) tamen, si a vocalibus *H_i* incipiat nomen proprium, protinus exoritur ambiguitas, ut, an pro impropria diphthongo sumendæ sint hæc vocales, an disyllabice pronunciandæ, haud facile dijudicaris. Exemplo sit vocabulum *Ἡιδών*, navale et emporium Amphipolitanorum, cujus meminerunt Herod. VII. 25. Thucyd. I. 98. Plutarch. Vit. Cimon. p. 482. D. Quod si scriptum fuerit *Ἡιδών*, more hodierno Germanico, qui, quæso, fieri potest, ut tecum statuas, an disyllabica sit hæc vox, an trisyllabica? In Lexicis Græcis vetustioribus*, demtis diæresis punctis, confusio plane horrenda esset, (ut quisvis videbit, qui vel Hesychii voces, a vocalibus *H_i* incho-

* In Photii loco, nervos fere omnes in Atticis scriptores intendentis, *Ἡίδεος: ὁ ὤραν γάμον ἔχων καὶ μηδέπω γεγαμηκός ὁμοίος δὲ καὶ ἡ ἐπίγαμος*, vix dubito, quin *Ἡίδεος* rescribendum sit. Vide Eurip. Phœn. 952. Soph. *Ed. R.* 18.

antes, in examen revocarit) nec ab ista multum diversa, quæ in Scholiis Homericis Villoisonianis obtinet, ubi de accentuum minutiis, sine accentibus, andabatarum more non raro dimicandum est. Quam ægre e libris impressis, ubi adscribitur iota*, examinatur hæc nota, vel cæco apparebit.

* De iota adscripto vide omnino Thiersch. Gr. Gr. §. XV. 4. Primus autem, (quod a bibliographis notandum est) qui ad hanc Porsoni legem librum Græcum vulgavit, fuit Burgesius, litera adscripta passim usus in Troadum Euripidis editione Cantab. 1807. Nam vix recte excipi possunt Anthologia Græcæ, Apollonii Rhodii, et quatuor Euripidis dramatum, Medæ, Hippolyti, Alcestis et Andromachæ, editiones Florentinæ, cum eæ literis majusculis impressæ sint, iota adscripto dimidiato; quamvis exinde petitam esse Porsoni literam, distinctionis causa, adscriptam minusculam nullus dubitem, id quod me monuit Burgesius. Quem deinde secutus est Porsonus in Hecubæ editione sua tertia Lond. 1808-11. cujus particulam tantum ipse prelo subiecit; nam quod reliquum erat ad editoris defuncti mentem fideissime procuravit Vir doctissimus, idemque Porsono amicitia conjunctissimus, Mattheus Raine S. T. P. Coll. Trin. Cant. e Sociis Senioribus, et Scholæ Carthusianæ Archididascalus. In qua tamen non nisi in contextu litera adscripta est. Accessit tandem Photius Porsoni Lond. 1822. accurate Dobræ, in quo (quod et in libro Burgesiano factum est) ad eandem normam cum cæteris efficta est litera adscripta, cum contra in Hecubæ editione dimidiata adscriberetur, perinde atque in Plauti apographo Porsoniano, in quo vulgando literam subscripserit editorem dealderatissimum, equidem non possum non mirari. Vide Præf. ad Porsoni Aristophanica p. IV. Quæ literæ servata statura, funditus diluantur ea omnia, quæ de ambiguitate, ex hoc scribendi genere oriunda, occurrere timidiusculi quidam; quibus jam pro argumento vel istud videbatur esse, quod pro inciso, ita me Dii ament! inter legendum sumi poterat litera adscripta minuscula. Ceterum quod de Marcello, immatura morte præcepto, olim dictum est, vereor ne idem de hoc literæ adscriptæ usu ferre dicendum fuisset: *Ostendunt terris hunc tantum fata, nec ultra | esse sistent.* Quanquam res longe secus, ut opinor, evenisset, si modo qui ex Porsoni disciplina profusus evaserunt præclari editores, literam in dramatum, a se vulgatorum, contextu semper adscripserint. Sed ipsi aliter visum est. Litem melius fortasse diriment posteri. Interim locis, quos ex Athenæo XIII p. 599. C. XV. p. 700. F. protulit Porsonus ad Hec. 2. ex quibus luce meridiana clarius patet literæ adscriptæ *illa vetustas*, etiam tertium addam ex Persis, Teleclidæ fabula, apud Athen. VI. p. 269. D. *ὁ Ζεὺς δ' ὅπως οἶνω λευκῶντι καὶ τοῦ κεράμου βαλανεύου.* Sic, inquam, impressum est in Aldina. MS. Marcianus Venetus Bessarionæus, "scriptura," quod ait Dindorfius, "seculo duodecimo non recentiore, nullis impedita compendiis, iota non subscripso sed adscripto," οἶνω οἰκῶντια exhibet. Neque aliter codex Palatinus, infimi ævi, lectione proculdubio ex Marciano derivata; cujus vice οἶνω κῶντια accurate exhibet Epitomes codex Parisinus, scriptura sæculum quartum decimum referente, prout edidit Casanbonus. Vides quam pulchre ad antiquam scripturam, partim in MS. Veneto, partim etiam in Aldina latitantem, accedat totus verus (correcto etiam κατὰ, cum Casanbono) ad Porsoni mentem usus: *ὁ Ζεὺς δ' ὅπως οἶ-*